quoad respondendum spectat mediante semper uti primo citatoriis termino tanquam peremptorio stare iam parere respondere vadium protactum luere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebunt seq ac successores suos ad eadem omnia obligant. illum terminum tanquam peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta ad exercitorum vel aliis quibusvis dilationibus sub legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem tacere. ultra proximos officii praefati terminos castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris tempore terrestri bello conventiones tum aliis quibusvis iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec quovis modo evadendo hac suis personalibus recognitionibus ad praemissa mediantibus.

## Wolski et Pobidzinski mutuo sese quietant 199

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatibus Premisliensibus generosi Simon Josephus de Losniewice Wolski thesaurarius terrae Sanocensis ab una et Martinus de Pobidno Pobidzinski parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes, ab eorum distinctibus iuribus iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero castrensi

Capitaneatibus Premisliensis Iurisdictioni secum succedentibus ac bonis sibi omnibus totaliter plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem Generosus Wolski suo et Generosae Zophiae de Domaszewicze Wolska olim Generosi Nicolai de Losniewice Wolski Consortis L[e]g[iti]mae relictae Viduae Matris et Alberti atque Casimiri de eadem Losniewice Wolskich fratrum suorum germanorum pro quorum ratihabitione cavet ac se praesentibus inscribit nomine. Sese mutuo et vicissim una Pars alteram de Intercisa certa inter se Recognoscentes et praefatos Generosos Matrem et fratres germanos ratione certorum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum, de Actu et data Minus hic Premisliae die quarta Januarii anno praesenti confecta et conscripta Manibus sui recognoscentium propriis subscripta in Actis Officii praesentis seu aliis quibusvis authenticis Regni cum Interpositione Vadii Decem Millium florenorum roborata eiusque Inscriptione roboratoria atque omnibus eiusdem Intercisae Conditionibus punctis clausulis articulis Vadiis ligamentis ac nexibus sibi universis quietant emittunt absolvunt, liberosque et absolutos perpetuo pronunciant. Intercisam praefatam eiusque Inscriptionem roboratoriam in toto et per omnia Cassant mortificant et annihilant sibi suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

## 199 Wolski Pobidzinskiemu Roborat

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Generosus Simon Iosephus de Losiewice